

perii de Anno 1548. Francofurti confirmata recedi possit, quemadmodum id ex parte de personarum qualitate ostensum est.

2. *Pena blasphemiae mediatè in DEUM commissæ est Carcer*, vel etiam *pœna pecuniaria* pro qualitate delicti, modò tamen delinquens prius admonitus ab istis illicitis & nefariis execrationibus abstinere noluerit *R. J. de Anno 1530. & Anno 1548. Tit. Von Gottes Schyweren und Fluchen.* Vide *Carpzov. d. quest. 80. fol. 295. Pract. Criminal* Ubi observandum est, quod nonnulli Doctores tam rigidi sint in puniendo hoc delicto, ut reo defensionem & reprobationem contra testium depositiones & personas simpliciter denegent, idque ob summam enormitatem hujus delicti: tamen alii mitiorem partem eligunt, & reo suam defensionem innocentia integram servant, planè ut in aliis delictis, quæ itidem criminaliter puniri solent, id fieri praxis ostendit quotidiana. Vide *Julium Clarum. l. 5. §. Blasphemia. numer. 4. fol. 333.* *Boer. Decis. 301. num. 12. fol. 619.* Unde etiam consuetudines quarundam curiarum in hoc negotio penitus rejiciuntur. *Carpz. part. 1. quest. 45. num. 102. 103. fol. 297. Pr. Crim.* Cæterum quænam sit pœna blasphemiae de Jure divino, scilicet *Lapidatio. Levit. 24.* Et de Jure Canonico *Pœnitentia publica, c. 2. Ext. de Maledic. illud habet Gilhaus. ad h. art. fol. 31.*

Tandem (4) Quod si ejusmodi blasphemus incarceratus est, tum Judices non debent statim propria autoritate rem decidere, & pœnam infligere delinquenti; Sed prius ipsi tenentur totum rem Magistratui referre, & quidem cum omnibus circumstantiis: qui deinde istos Judices informabit, quomodo ejusmodi blasphemia juxta Leges Imperiales & præcipue juxta Constitutionem de Anno 1530. ritè puniri debeat.

## ARTIC. CVII.

*Pœna Perjurii.*

Straff derjenigen / so einen gelehrten Eyd vor Richter und Gericht meinydig schweren.

**W**elcher vor Richter/oder Gericht/einen gelehrten Meinydig schworet / so derselbig Eyd zeitlich Gut antrifft/das in des / der also fälschlich geschworen hat/Muß kommen/der ist zupforderst schuldig/wo er das vermag/ solch fälschlich abgeschworen Gut/dem Verletzten